



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

v. De conditionibus adpositis in despositione, vel in aliis contractibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

tu dimittito. ea nūquam vxor tibi legitima esse  
 valeto. Dies 40. in pane & aqua cum 7. sequen-  
 tibus annis pœniteto.

Sed & si inter aliquos de præfenti consensus <sup>3. Licet.</sup>  
 interuenit: seu interpositum fiet iuramentum,  
 seu nō, mulier alteri ne nubito. Si nubserit: quā-  
 uis carnis commixtio subsequuta fiet, ab eo se-  
 parator. ad primum reuortitor. ad id ecclesiasti-  
 ca districtione compellitor.

Quod si super huiusmodi desponsatione de <sup>4. Tua.</sup>  
 præfenti lis erit, & prouocabitur: prouocanti, ne  
 pendente adpellatione aliubi contrahat, inter-  
 dicator. si nihilominus faxit: matrimonium in-  
 ricator.

*De Conditionibus adpositis in de-  
 sponsatione, vel in aliis  
 contractibus. Tit. 5.*

**Q**ui aliquam vxorem accipere iurassit, si ea <sup>3. De illis.</sup>  
 tantum sibi donauerit: is si nolentem  
 soluere non accipiat (ni de præfenti consensus,  
 aut copula subsequuta fiet) periurii reus ne  
 habetor.

Sed nec is, qui in aliquam etiam per verba de <sup>5. Super eo</sup>  
 præfenti consensit si pater suum præstaret ad-  
 sensum, nisi volūtas patris intercedat matrimo-  
 nium consummare cogitor.

Qui tamen sub hac ipsa conditione aliquam <sup>6. Per tuas</sup>  
 desponsassit, & ante conditionis euentum de-  
 sponsatam cognoscet, à conditione recedere  
 intellegitor.

Sed & si in cōtractu matrimonii turpis condi- <sup>7. Si con-</sup>  
 ditiones.